



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Iacobi Bidermani E Societate Iesv Vbaldinus Sive De Vita  
& Indole Antonii Mariæ Vbaldini Vrbinatis, Montææ  
Comitis, Breviarivm**

**Bidermann, Jakob**

**Fribvrgi Brisgoiae, 1663**

Gloriæ fuga. 51

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44891**

terat, detulit, alijsque lectum cubicularem persæpe manu sua, nec sanè indiligenter composuit. Commilitones honorificè & reuerenter; ac ne famulos quidem imperiosè vnquam, sed modestè semper placidèq; compellabat: roganti longè propior, quàm iubenti. Hinc eius hæ formulæ: *Hanc illanquæ rem Dei amore, sibi volentes gratificarentur: Precariò illud, aut illud oranti prestarent;* Sæpe numero loci præfectum, seriòq; obsecrarat; vellet iuberet in circulo sua sibi probra palàm ab omnibus ingeri, & quicquid vitiorum deprehensum fuisset, ad sui despicientiam acriter expræbrari.

*Lt. Glorie fuga.*

**E** Diuerso, quàm patiens conuitio.



uitiorum, si qua per iniuriam iacerentur, tam laudum suarum osor contemtorque fuit. Inde exstitit, vt vehementer improbarēt eos, per quos sua quaedam asperioris vitę arcana, quę apud mortales cęlata maluissēt, propalari intelligebat; eaque vel ad pręfides (rigorem fortassis, vt immodicum, temperaturos) vel certę ad socios proferri, qui talium haud optimi indices, rem nihili, essent inconsultę laudaturi. Familiarium quidam ex obscuris indicijs suspectarat, Antonium clam cingulo ferreo, & muricum aculeis aspero constrictum esse; dum inter alios dissimulato pressioque cruciatu, obambularet. Neque de nihilo cōiecturę erant. Sed homo curiosus, vt ex dissimulante veri confessio-

fessio-



fessionem exprimeret, aggreditur incautum; audésque velut in lucta, manus iniicere, & latera ab omni parte non perfunctoriè cædere, sicubi clamore se abditus dolor proderet. Aduertit astutiam VBALDINVS, imperatque sibi, & inter verberum experimenta, Spartana patientia durat. Ita, quæuis in eo compressu ferrei mucrones violentius sæuissent, ipse tamen immotus, ridenti vultu, exploratoris consilium delusit.

*LII. Laudis propriæ tædia,*

**N**on perinde alterum fefellit, qui, cum interdium lecti cubicularis tegetem, obnitente Antonio, remouisset, deprehendit subtus, informes stipitum truncos, quos illuc ne molliùs cubaret, puluini vicem Antonius ab-

us a  
cæla  
spen  
ditu  
tien  
rup  
re, f  
tare  
peti  
se a  
bit  
leso  
ign  
star  
eo c  
plic  
id v  
fact  
infe

N